non membra tantum sed & templum, Per hoc tantum templum sed or
gana sp̄s; benedictus d̄s qui facit mirabilia solus; Uides quod sunt baptis
matis largitates sed multas quidem uid&ur caelestem gratiam in pecca
torum tantum remissione consistere; Nos autem honores conputauimus
decim hac de causa &iam infantulos baptizamus; Non sint coinquinati
peccato ut eis addatur s̄citas iustitiae adoptio. hereditas fraternitas xp̄i
ut eius membra sint omnes ut sp̄s inhabitatio fiat; Sed uos dilectissimi fratres
si tamen mihi conceditur fraterno uestro nomine gloriari; & me quidē
similis beatitudo conceperat similis ornauit gratia sed posteriore negli
gentia firmum nexum cogitationis amisi; Sed date uos mihi fraterno uocabu
lo nuncupare propter nimiam scilic& caritatem & uos rogari permittite
ut tante gloriae honorem animositas consequatur; & tanto magis uos dignos
gratia proper&is ostendere quanto uos inspicitis in culmine positos gloria
rum; & enim transactum tempus palestra fuit atque contentio & lapsis facile
uenia merebantur; Ab hodierna die campus pat& uirtutum exercitationib;
dedicatur; Agon instat theatrum p̄paratur & ad spectaculum conuenit non
tantum hominum genus sed & caelestis &iam co&us angelorum; spectaculū
enim inquit facti sumus mundo Non hominibus tantum sed &iam angelis;
Angeli exspectant angelorum d̄ns p̄sid[et] & corona certaminis; hoc non tan
tum honor & magna cautela quando is qui pro nobis animam suam posuit ipse sit p
bamentum iudiciumque certaminis; Olympiaco namque certamine
& friuolo perditoque spectaculo inposito coronarum in ipso contentionis
examine p̄ee consuerunt & in medio certantium loco consistens nulli
parti faborabili nutu subuenire procurat sed ipsius certaminis expec
tat incertum, & cum mente sit & loco medio contin&ur; Interim &iam
diaboli que certamen xp̄s non medio lance consistit sed totus noster
fautor expectat) & ut sciat nostrarum partium expectatorum prouide
quomodo nos tamquam fuso unxit oleo laetitiae illum ut inpediretur no
dis instrinxit; ut cum illum p uiderit caecidisse Calcate inquit sup ipsum,
Nos autem & si cecidisse peruiderit auxilio suae releuat maiestatēs. & dicit
Numquid qui cadit non adicie& ut resurgat & dormientes excitat
exsurge inquid qui dormis; ut amplius admirationis inspicere nobis
d̄s caelum post uictoriam preparauit Illi post uictoriam p̄parauit gehen

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0275